

Require in sermone Cenantibus.
Aug. Vide o homo quo amo e te dilexit dominus deus tuus ut e? vestigia sequaris. ppter te paup factus est in mundo ut te ditet in celo. ppter te captus est ut te a captivitate liberaret. ppter te flagellatus est ut te a flagellis etermis erueret. ppter te iudicatus est ut te a iudicio extreme vltionis liberaret. ppter te coronatus est spims ut te coronaret in celis. ppter te mortuus e. ut te a mortuis suscitaret. **Hugo.** O homo cogita quum te deus dilexit qui tanta pro te fecit. tanta tibi contulit. tanta pro te sustinuit. Olim cu non esses te dilexit ut te conderet. postea cum pieras humiliavit se et factus est. homo ut ostenderet quatum te dilexit non nisi moriendo a morte liberare voluit ut non solum pietatis officium verum etiam caritatis ministraret affectum. Nunc autem sine caritate te diligit ac si seipsum cum eo peccasset nec exprobrat tibi reatu nec improbat tibi beneficium. et si deinceps cum eo peccaverat ipse ut te decet amando et illi tuum amore incontaminatum servando. maiora prioribus se daturum pmittit. Rogemus.

De eodem.

p. c. vii.

Mortuus est dives et sepultus est in inferno. **Luce**

xvi. In verbis propositis apparet quod periculose sunt divicie. Et ideo contemnende sunt divicie propter multa. **Primo** quia affligunt hominem propter continuam curam in custodiendo. **Gregorius.** Nichil laboriosius quam terrenis affectibus inbiare seu estuare. Nichil quietius in hoc mundo quam nichil appetere. Multa enim tormenta patitur dives avarus. quod semper timet amittere bonum. **Job. xv.** Cum pax sit et securitas insidias suspicatur. **Venera.** Avarus si vidit regem suspicatur pretonem. vidit pauperem et estimat furem. **Ecclesiasticus. v.** Securitas divitis non facit eum dormire. **Augustinus.** Divicias invenisti. requiem perdidisti. die sollicitus. nocte pauidus. sepe egenus. **Ecclesiasticus. ii.** Cuncti dies eius pleni sunt doloribus et erumis nec mente per noctem requiescit. **Exemplum** plus quidam mortuus parentibus totum matrimonium redegit in unam massam auri. Quam videns fur nocte conabatur auferre. Plus autem ad caput suum ponens per sollicitudinem dormire non poterat. Fur vero quomodo aurum subterret vigilabat. Cum plus dissimilaret. fur aurum trahere cepit et plus eo viso fortiter clamavit. **Trabe** virtutis tunc ego et tu dormimus. fur autem abstulit et plus solum quietuit. **Itaque** alius plus cum vidisset quendam pauperem